

IOACHIMI VADIANI HELVETII MYTHI
CVM SYNTAGMA, CUI TITVLVS

GALLVS PVGNANS.

Res tota in disceptatione posita est.

Accusant Gallinæ, patrono Philonico. Galli se tutā
tur propugnante Euthymo. Capi Semimares, decre
ti Arbitri pronunciant, litēq; sedant partibus conciliatis
Nomothete interprete.

EIVSDEM AD LECTOREM / Allegoricū.

Ad uada se sistit Vulgus, refugitq; profundum,

Anchora & in tenui littore fixa iacet.

At fluctus pius Aeneas. Ithacensis Vlysses

Experti, & Minya Thessala turba Duce.

CA sus inest ausis, quæ si meliora sequentur,

Aeternæ uirtus præmia laudis habet.

Si negat, & fato Sors inquinat orsa maligno,

Hoc saltem laus est non timuisse necem.

A

Iuuenalis.

Chilon.

locus.

serere nō timēt, ut ex hoium cōmertio pessimi & scelestissimi
tollantur. Poeta unus, cū Simiæ meminit in culeū sutæ eam
innoxiā dicit hoc uersu, Clauditur aduersis innoxia Simia fa/
tis. Audis Philo. innoxia Simiam, uel a mordaci & uiciis nō
parcēte, Vate nomiari. Quod si causam dissimulasti, nō est q̄
cōmenderis. Lingua enī sapiētis a mēte discrepare nō debet,
ut scis. Verum hæc ut obærato Spect. & muneribus illecto,
cōdonemus. Accepistis hæctenus qd respōderim, & q̄ recte,
Vide Philonice, ne in foucā quā parasti incidas. Scio Qua/
querrā illā tuā, & oua ad te sua & pullos dedisse, ut diu insti/
tutam accusationē eo p̄sequeris diligētius, quæro te, an nō
parricidio sit cōformius, prolē ad elixandū, & assandū dare,
& Thyestæam cœnā instituere, q̄ e ripa somniantē Gallinā
deturbare, quæ tua antea, tāta quærela fuit. CA Eterum hæc
inuitus dico, & attigisse trāseunter q̄ dixisse malo, essent, equi
dem id genus multa, sed taceo. Est enī tantū cōiugalis neces si
tudinis uinculū, ut neutrū sine alterius incōmodo uituperari
possit, Quāobré recte Giggulirus, qui me lacesere noluit,
pugnare uero & ppugnare uoluit, Hoc Philonice sat mirari
nō possū, q̄ Petrū a Gallo proditū dixisti, quasi uero plus
prodāt Galli cantu suo diuino q̄ moneāt, quid si nō pdiderit
sed monuerit potius? quis enī hoc ipsum preter Petrū intel/
lexit, cui repetita memoria magistri uerba, conscientia exti/
mularūt, iducto mœrore. Nō nouit Petrū Gallus ille, q̄ quis
fuit, sed officio suo, in horarum discrimine, satisfecit. Quoties
Gallo cantante Philonice luditur? scortatur, cæditur? quorū
nullius eū recte accusaueris, sicut nec huius q̄ peierauit Pe/
trus, quē mihi crede, cōsulto præteriisses uerū tua isthuc pe/
tulantia p̄uectus es, ut his etiā qui alio in orbe, uitaq̄ meliori
beati degūt nō peperis. AD SVMMAM SPectatores,

Vt

Vt aliquādo nostro sermoni finis statuatur: Galli gallinacei, Plinius.
Vigilātissimi, strenuissimi: puidētissimi, Reipublicæ, qua ni-
hil inter mortales excellētius, sunt studiosi, & terrarū imperio
maxie imperitāt, siderūq; periti, tēpus olfaciūt, nō ratiōe dico
sed naturæ isigni munere, Nec solis ortū icautis'patiūtur ob-
reperere, diēq; uenientē nunciant cantu, hincq; magnus Poeta,
quartā uigiliā depingēs, si infit, Excubitorq; diē cantu prædi Maro.
xerat Ales. Odiosa quoq; in hac re uetustas, Nocti deæ Gal-
lū, imolare consuevit, cantāte Poeta cū primis docto, Nocte Ouidius.
Deæ noctis cristatus creditur ales, Qd tepidū uigili puocat
ore diem. Ridēda est sane, Philonici ex testibus audatia, q gal-
li cantū lasciuia tribuit, qsi disparē cantū, iuuenū & senū hac-
ten⁹ didicerit, quos paris esse uigiliae, nec disparis indicii, oia
omniū experimēta prædicant, & tamē cōstat naturæ ratiōe,
plus in iunioribus lasciuia esse q senibus: Præterea Gallos ui Pli. & Aelia-
ctos nō canere amplius, sunt, q asserāt, abstinere aut, & lasciu nus.
re nihil, neminē existimo dixisse hætenus, quibus apertū esse
uidetur nō e lasciuia, sed naturæ instinctu, coeliq; influxu, mas-
culos Gallos cantare, & cantādo discernere, Sed hæc ut alia
Philonico cōdonemus, Quē ut ipse gallū ex homie adolescē-
te factū esse credit, ita uos Spec. in Gallinā aliquādo Pytha-
gorica Palingenesi mutatū iri existimate. Non frustra Hercle Fulgentius.
illustres uariarū artiū pfectores & philosophi, in Mercurii tu-
tela Gallos recēsant, ob mirā naturæ suæ in obseruādo & dis-
cernēdo, celeritatē: Quos ex eodē hoc isigne accepisse uerarū Lucianus.
narrationū autor: scriptū reliqt, Vt cuiq; longissimā ex cau-
da pinnā, si dextra est, gestandā tradiderint, is comite gallo,
oēs fores apire oiaq; iuisibilis ipse uidere, possit: hi quōdā ma Plinius.
gistratus rexere, Victoriarū omnino toto orbe partarū auspi-
ces: Nōne hoc ingēs est deorū munus Spec: Ferūt Themisto Aelianus.

E

Galli uicti silere solent.